



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Parallela Geographiae Veteris Et Novae

Briet, Philippe

Parisiis, 1648

§. 2. Comitatus Burgundicus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13147

NENSIS

AGER

le Nivernois.

Iam provinciam separata efficit.

ris munitissima.

Monasterium S. Petri: *S. Pierre le Moustier*, iuridica sedes regia huius regionis.Montiniacum: *Montigny*, in regiunculâ vulgò *les Amognes*.Corbiniacum: *Corbigny*, seu Fanum S. Sanleopardi Abbatia nobilis.Castellio: *Chastillon*, ad Fl. *Arou*, locus peramoenus.Cainonenſe caſtrum: *Chasteau-Chinon*, in Moruantiſio ſuperiori.Engilbertum: *Moulins Engilbert*, in inferiore Moruantiſio.Rupes Milloti: *Roche Millot*.Clamenciacum: *Clamecy*, ad Icaunam, vbi Beuuronem recipit, *Beuuron*.Luſſiacum: *Lusy*, vrbecula Moruantiſij.Duciſiacum: *Douzy*, vnde regiuncula *le Douziſois*.Turrium: *Tourry*.Tanæum: *Tanay*, vrbecula lepida.Pugennes Aquæ: *Pougues*, celebratiſſimæ multique morbis ſalutares.Premeræum: *Premelay*, minuta vrbs in vallibus.Charitas & Charitæum: *la Charité*, Prioratus diſtiſſimus, & vrbecula ad Ligerim.Conium: *Cofne*, antea Caſtrum Epilcopi Antiffiodorenlis.Montenoſium: *Montenoison*, vnde valles feraciſſimæ dictæ.

GARROLESIVM

le Charrolois: Hiſpanicæ ditionis, aliter

Carolatenſis Principatus.

GARROLIÆ: *Charolles*, vrbecula lepida, titulus primogenitorum Ducis Burgundia.Pareium Monachium: *Paray le Moineau*.
Igoinium: *Digoins*, ad Ligerim.§. 2. *Burgundia Comitatus, seu Burgundia libera, superior, & Imperatoria.*

Ita dicebatur, quia ab omnibus vectigalibus immunis erat;

quare eius Princeps inops adeo legitur in historiis, vt collatis in symbolâ pecuniis ab Episcopis Cleroque nutriretur. Iuris erat Imperialis, Comes tamen se militem Franciæ Regis appellabat, & pro eo sæpe, contra Imperatorem Dominum suum dimicabat. Comitatus ille Ducatui vnitus in Othone Duce Burgundiæ per Ioannam eius coniugem. Nunc Hispano cessit, penè tamen sui iuris: 30. cohortes peditum alit, ex quibus tres legiones format in tutelam trium ditionum. Parlamentum Dolæ affixum est, Archiepiscopatus Vesuntioni, & diuiditur in tres Præfecturas, superiorem, mediam, & inferiorem.

N V M. I. Superior Præfectura, le Bailliage d'Amont.

| | | |
|--|---|---|
| <p>C O N- V E N T V S V E S V- L I E N S I S <i>Bailliage de Vesoul.</i></p> | } | <p>VESVLIVM: <i>Vesoul</i>, vrbs munita, & vitibus vndique confita. Confluentiæ: <i>Conflans</i>, ad Lautenam Fl. <i>Lozen</i>. Luxouium: <i>Luxeuil</i>, Abbatia S. Columbani diues. Iusseium: <i>Iussy</i>, versus Lotharingos. Pons Soconæ: <i>Pont sur Saône</i>.</p> |
| <p>C O N- V E N T V S G R Æ E N- S I S, <i>le Bail- liage de Gray.</i></p> | } | <p>GRÆVM: <i>Gray</i>, vrbs munitissima in tumulo, & castro firmata. Gisium: <i>Gis</i>, olim lepida vrbecula. Autræum: <i>Autray</i>, versus Francos. Campoplitum: <i>Champlisse</i>, locus non immunitus.</p> |
| <p>C O N- V E N T V S B. A L- M E N S I S <i>le Bailliage de Baulme les Nonains.</i></p> | } | <p>BALMA VIRGINVM: <i>Baulme les Nonains</i>. Mons Bozonis, seu Mombozium: <i>Montbozon</i>, vel <i>Montoisson</i>. Mons Iustini: <i>Mont Iustin</i>. Claraualis: <i>Clernaux</i>. Fanum S. Hippolyti: <i>S. Hippolyte</i>, vrbs montibus pro mœnibus cineta, incolas habet bellicosissimos. Cromaræum: <i>Cromary</i>, ad Fl. Lugonem <i>Lougnon</i>. Mortæ: <i>Mortes</i>, burgus amplissimus, & diues.</p> |
| <p>V E S V N- T I N V S A G E R <i>Territoire de</i></p> | } | <p>BISONTIVM & VESVNTIVM: <i>Besançon</i>, vrbs libera, & Imperialis; horreum Burgundiæ dicta. Academiam habet nobilem ab Imperatore Ferdinando superiore sæculo fundatam. Eius Ar-</p> |

Besançon,
sui iuris.

chiepiscopus Princeps Imperij: ad Dubim Fl.
le Doux, sita est.

NVM. 2. *Media, seu Dolana*, le Bailliage de Dole.

CONVENTVS DOLENSIS { DOLA: *Dole*, muris firmissimis cincta à Carolo V. & septem propugnaculis Regiis, ad Dubim.

Bailliage de Dole.

Ruportium: *Rochefort*, ad Dubim.

Loya: *Loye*, vel *la Loye*, burgus ad Lupam *la Louue*.

CONVENTVS QVINGINSIS { QVINGIVM: *Quingey*, ad Lupam; ad hanc urbem cauernæ, ubi lapides reperiuntur naturæ ludentis opera.

Baill. de Quingey.

CORNANENSIS { ORNANVM: *Ornans*, ad Fl. Lupam.
Castrum nouum: *Chateau-neuf*.

Bailliage d'Ornans.

NVM. 3. *Inferior Prefectura*, le Bailliage d'Aual.

CONVENTVS SALINARVM { SALINÆ: *Salins*, quas Fl. *Folica Forica*, perluit, moxque in Lupam cadit. Sic dicitur à fontibus falsis, vnde sal excoquitur.
Bailliage de Salins.

S. Anna: *saincte Anne*, castrum firmissimum.

CONVENTVS MONMOROTENSIS

Bailliage de Monmorot, ou de Lion le Saulnier.

MONS MOROTVS: *Montmorot*, ubi fontes falsi: hîcque ius olim reddebatur, sed iuridica sedes translata in urbem sequentem.

Lonsalinum, Lugdunum Salinarum Thuanon, item & Salinatorium: *Lion le Saulnier*, vel *Lon-le-Saulnier*, cuius Dominus Arauficanus Princeps, vrbs lepida.

Bletterum: *Bletterans*, ad Fl. *Collam Seille*, aut *Seugle*. Nomen à frumento habere dicitur, quod Gallis *Bled*.

CONVENTVS PONTARLENSIS

PONTARIVM: *Pontarlier*.

Vseria: *Vsier*, vrbs cum castro, cuius incolæ Irones magni.

| | |
|--|---|
| <p><i>Bailliage de Pontarlier.</i></p> | <p>Rupes Ioannis: <i>Roche-Tean</i>, à conditore nomen habet.</p> |
| <p>CONVENTVS POLIGNIENSIS, <i>Bailliage de Poligny.</i></p> | <p>POLIGNIVM: <i>Poligny</i>, lepidum cognominatum, nunc deformatum incendiis. Castrum Caroli: <i>Chastel-Châlons</i>, à Carolo Magno conditum perhibetur. Balma-virorum: <i>Baulme les Moines</i>, ad discrimen superioris.</p> |
| <p>CONVENTVS ARBOSIENSIS <i>Bailliage d'Arbois.</i></p> | <p>ARBOSIVM, vel quibusdā Arborosa Marcelini: <i>Arbois</i>, cuius vina laudantur in multis annos seruata, ad Fl. Laustinam <i>Laustine</i>.</p> |
| <p>CONVENTVS ORGELETANVS <i>Bailliage d'Orgelet.</i></p> | <p>ORGELETVM: <i>Orgelet</i>, cum castro mercibus diues. Sanclaudius: <i>S. Claude</i>, vbi corpus S. Claudij integrum asseruari dicitur. Sanforlinum: <i>S. Sorlin</i>, ad Fl. <i>Dain</i>. Clarauallis: <i>Cleruaux</i>, vrbs non illepada.</p> |
| <p>TERRITORIUM NOSE- RETHENSE <i>Territoire de Nosereth.</i></p> | <p>NVICILLVM, seu Noserethum: <i>Nosereth</i>, sui iuris, nec ad superiores Præfecturas perti- nens, ad initia Fluminis <i>le Dain</i>. Castrum eius Plumbeum dicitur <i>le Plomb</i>, quia plumbo obtectum. Calx: <i>la Chaux</i>, arx munitissima in agro Noserethensi.</p> |

§. 3. *Bressia.*

ERAT illa ante aliquot annos Sabaudici iuris; sed Henrico Magno repetente Marchionatum Salussiarum qui Francici iuris erat, conuentum est inter duos Principes, vt Marchionatus ille trans Alpes Sabauda relinqueretur, dummodo Bressiam & adiacentes regiunculas in Francicam ditionem nimis excurrentes cederet; quod factum est magno Rei Sabaudicæ damno vt ipsi queruntur, seque id fecisse aiunt Castoris exemplo, qui partem mauult quam totum perdere. Vno igitur nomine ditionem hanc Sabaudicam Bressiam appellamus, cui adnectimus Principatum Dombensem